

C O N C I L I I C O N S T A N T I E N S I S

Dhoc ipsum peremptorie citat, præfatisq; commissariis & eorum maiori parti cates D
 al. audiendi
 al. incipiendi
 al. cognoscendi
 al. faciendo
 risq; etiam minima impeditis ad audiendum & recipiendum omnia quicquid
 dicere, obsecrare & proponere uoluerit, & super illis cognoscendum, atq; omnia &
 singula faciendum, quæ ad causam & processum huiusmodi pertinēt & pertinebunt,
 usq; ad sententiam diffinitiuvam exclusiue, ac super eorum dependentibus, emergen-
 tibus & connexis, dat eadem sancta synodus plenam & liberam potestatem. Pro-
 testatur autem eadem sancta synodus, quod per hunc processum aut aliud quemcunq;
 in futurum fiendum in huiusmodi causa, à forma processus super notoris quā suffici-
 cit seruare de iure, recedere nō intendit. Quia itaq; decreti schedula lecta, per reue-
 rendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Ioannem episcopū Ostien-
 sem, sanctæ Romanae ecclesie cardinalem & vice cancellarium, huiusmodi sessioni
 præsidentem, nomine synodi fuit responsum, placet.

S E S S I O T R I G E S I M A Q V A R T A.

DIE sabbati quinta mensis Iunij, anno à nativitate domini millesimo qua-
 dringentesimo decimo septimo, indictione decima, fuit sessio generalis
 per sacrum synodum Constantiensem in maiori ecclesia Constantia so-
 lenniter celebrata. In qua reuerendus pater dominus Thomas Senonensis
 al. Cinomensis
 Episcopus missam de tempore celebrait. Præfedit autem reuerendissimus do-
 minus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis & vice cancellarius, & dictis demum
 letanijs & orationibus consuetis, cum euangelio secundum Lucam, Homo quidem
 fecit coenam magnam, domini commissarij in causa contra Petrum de Luna, ascen-
 derunt ambonem: & reuerendissimus pater dominus Guillelmus cardinalis tituli
 sancti Marci de suorum collegarum consensu sibi assentientium pro themate asumēs,
 Luc. 14, d.
 Tempus est ut ueniat iudicium à domo dei, &c. quod per pulchre deducens, proces-
 sum per ipsum & suos collegas contra Petrum de Luna, à quibusdam Benedictum
 decimunterium nuncupatum, iuxta commissionem eis desuper factam habitat,
 al. incipiat
 1. Pet. 4, d.
 integre narravit & recitauit und cum probationibus articulorum simpliciter in hui-
 usmodi causa productis. Et facta dicta relatione, reuerendi patres domini Dolens-
 sis & Lichfeldensis episcopi, respondendo articulos legerunt, uidelicet summari
 probationum scriptam, super quolibet articulo dicendo post lecturam articulū: Iste
 articulus de ueritate & notorietate probatur per tot testes & tales, declarando digni-
 tates & gradus testū. Et his peractis, reuerendus pater dominus episcopus Concordi-
 ensis legebat quoddam decretum, cuius tenor sequitur:

Hac sacra synodus, auditâ relatione processus & probationum & aliorum
 actorum in causa inquisitionis pendente corâ eadē sancta synodo contra Petrum de Lu- F
 na, Benedictum decimunterium à nonnullis nuncupatum, super ferenda sententia
 & alii in causa huiusmodi fiendis deliberauit; potestarem autem alias cōcessam com-
 missarijs in dicta causa, præterquam ad citandum eundem Petrum de Luna ad au-
 diendum sententiam per candem synodum ferendam, non intendit reuocare, super
 qua citatione atq; sententia nullam dictos commissarios uult habere potestatem. Su-
 per præmissis dominus Ioannes episcopus Ostiensis huiusmodi sessioni præsidentis, no-
 mine synodi respondit. Placet.

S E S S I O T R I G E S I M A Q V I N T A, V N I
 onis ambasatorum domini regis Castellæ & Legionis.

DIE ueneris decimaoctava mensis Iunij supradicti sessio generalis in maio-
 tri ecclesia Constantiensi fuit solenniter celebrata, cui interfuit serenissimus
 princeps Sigismundus Romanorum & Hungariae, &c. rex, cum insigniis
 regalibus, & multis principibus & nobilibus sibi astantibus & sibi seruen-
 tibus